

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Theokritu eidyllia, tutesti mikra poēmata
hex-kai-triakonta**

Theocritus

Francofurti, 1553

XXVII: Dioscvri encomiasticon

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-724

EIDYLLION XXVII.

THEOCRITI DIOSCVR

Encomiaſticon.

Eidyllion XXVII.

Cantemus pueros Leda; et Iouis ægide clari,
Castora, Polluceq; manu clauac; timendū,
Taurinis media mſtantem brachia loris.
Cantemus bis terq; uiros, quos mascula uirtus
Extulit, è clarogenitos Lacedæmonie fratres,
Pignora Thessiados cunctis ueneranda puelle,
Humano generi qui certam ferre salutem
Sepe solent, quum iam Φ est in acumine ferri.
Quorum numinibus turmæ seruantur equeſtres
Crudo sanguinei peritutæ fulmine Maris
Sepius, et rapido iactata ex aquore naues,
Quando uel occiduis uel iam ſurgentibus astris
Incubuere graues uento quassante procellæ,
Euertuntq; mare, et magno cum turbine fluctus
In puppim proram ue ruant, uel deniq; nauis
In quamcunq; furens partem tulit impetus illas.
Iamq; adeò rumpunt miseræ tabulata carinæ,
Vtroq; à latere antennis iam carbasa ruptis
Armaq; conſractis male pendent nautica malis.
Obduxit nox atra polum, iam grandine nimbi
Præcipitant, densisq; strepit uiger umbris aer,
Plagit et horrifolis mare flatibus omne remugit,
Omnia sternit hyems, et inexplorabilis æſtus.
Vos tamen è medio demersæ ſepe profundo,

THEOCRITI

Naufragia membra ratis tranquille redditis aure,
Perē meū mortis torpentibus undiq; nauis.
Tunc sicut fugiunt pacata per aquora uentis,
Rerescunt nebulae, pontum lux missa serenat,
Et iam Parthasides depulsis nubibus urse
Apparent, asinorūq; inter præsepe refulget
Obscurum, faciunq; notat mare nauibus aptum.
O propere qui fertis opem mortalibus ambo,
O equites gemini, cantores, & cithareedi,
Pollentesq; seri certamine Martis atlete,
A quo principium sumamur: quem carmine primū,
Castor et Pollucem ne canam s; sed utrumq; canētes
Pollucem in nostro dicemus carmine primum.

Quum Pegasa ratis patria soluiisset ab ora,
Dijs geritos clarosq; ferens heroas, acutis
Cotibus horrentes Symplegadas eus iisset,
Ostiuāq; exisset canū niue deuia ponti,
Venit ad intonos Bebrycas, tum deniq; fessi
Heroes posito tabulata per utraq; ponte
Nauis Iasoniae, multi per littus apertum
Egrediebantur, siccoq; in margine lectos
Sternebant, manibusq; focos ignemq; parabant.
Hic sobole insignis uariorum Castor equorum,
Et Pollux subfuscus aberrauere relictis
A socijs loca per deserta & deuia lustra
Obsita condensæ peragrantes omnia sylue,
Rupe sub horriosa petram reperere fluentem

Fonte

EIDYL
pum perennis ap
quæ prope eran
Argio simili tu
Sidero picce n
Bjutan lati fac
Eiuram Hercule
Populus alba comis
Hinc qui gratias ag
Spidens uero fr
Qades vere suo m
Disputant pingu
Hec locauit multa q
Artemum uulniorum
Capit, & duris cu
Hic pectus fuit exc
Duru robusti latif
Corpe firmus er
Regos circa hum
Pectora, gelut è
Qdla spere pax
Videt, pagentem
Hinc tegens polu
A formacie p
Huc prius ei Poll
Selae bofis q
cyprinam
Whibitant bonis
qdla saluare in

EIDYLLION XXVII.

Fonte perennis aquæ, nec fœdæ fôrdibus ullis.
Quem prope erant alij, quorum crystallina uenis
Argento similis turgentibus unda fluebat.
Stabant & piceæ nutantes uertice pinus,
Et platani latis facientes frondibus umbram,
Et circum Herculeæ uarijs sacrata corone
Populus diba comis, & coniferae Cyparissi.
Hinc qui gratus apum labor est, noua mella legetes
Spirabant uario fragrantes germe flores,
Quales uere suo uiridem tot millia campum
Distingunt pinguntq; Qui noua prata colores.
Hæc loca uir multa præstans uirtute colebat
Armorum uisu horrendus, contendere doctus
Cæstibus, & duris confractus tempora pugnis.
Huic pectus fuit excelso thorace rotundum,
Durus robusti latissima tergora dorfi:
Corpore firmus erat ceu ferreus: ultima uero
Magnos circa humeros extabant brachia, duris
Fultatoris, uelut è saxis fabrefacta rotundis.
Qualia sepe rapax rotat aucto uortice torrens.
Videris, ingentem positis dixisse colossum.
Hirta tegens spolium truculentu terga leonis,
A summa cervice pedes pendebat ad imos.
Hunc prior est Pollux uerbis affatus amicis.
Salue hospes, quis & unde genus? que sunt lo POL.
ca? qui nam
Hic habitant homines & quales? que nomina genti?
Quid saluere iubes? qua sit mihi causa salutis, AM.

THEOCRITI

- Quando uiros uideo quales non uidimus ante?
POL. Sed confide, nec iniustos te crede uidere,
Quosq; nec iniusti tales genuere parentes.
AM. Confido, nec habet quisquam mea pectora terror.
Sed me uoce tua nec oportuit ista moueri.
POL. Moribus & sauis, & agrestibus esse uideris,
Et qui difficulti contemnas omnia fastu.
AM. Quales esse uides, tales sumus: at tua nunquam
Vidimus, aut cupido pede regna subiuimus hostes.
POL. Si uenias tamen eximijs cumulabere donis,
Et dextro hospitijs suscepis iure redibis.
AM. Sed neq; muneribus tu me suscepis ullis,
Et neq; res credas nostras tibi posse parari.
POL. Percite uesanam furioso numine mente,
Num ne precor sterilē bibere hac pmiseris undā?
AM. Hoc nouisse potes tunc quum cruciabere siccus,
Et tua labra siti pendebunt arida multa.
POL. Dic precor argenio ne uelis aliaue pacisci,
Qua possum meruisse tuum mercede fauorem?
AM. Fige pedes, intende oculos, celer unus in unum
Tolle manus, aduersa uiro uestigia firmans,
Pugil ut es, ustræ ne forte pepercis arti.
POL. Ergo quis est cui me iubeas concurrere cæstus
AM. Me ne uides? hic pugil erit tibi proximus ipsi.
POL. Num ne parata locas uenturæ præmia pugnæ?
AM. Tu meus, ipse tuus, si uicero, habebere uictus.
POL. Crisatarum auium sunt ista similia pugnæ.

sive

EIDYLLION XXVII.

Sive avium similes igitur seu sorte leonum, AM,
Haud alia extiterint nostræ nunc præmia pugne.

Dixerat, & concham capiens immugit, anhelo
Ore fremens Amycus: sonitu testudinis autem
Bebryces audito promisso crine comantes
Subtus inumbrantes platanos coiere uocati.

Ipse quoq; armorum præstans uirtutibus, oës
Conuocat heroas Castor Magnesidos Argùs,
Qui postquam rigidis firmati pellibus artus
Armauerunt manus, & longis fortia loris
Membra tegebantur, tum curæ cedis auaros
In medium duxere uiros: ibi plurimus ipfis
Exortus labor est, uter obuiuia lumina solis,
Aut uter à tergo acciperet: sed tu inclyte Pollux
Tales ingentem uicisti heroa per artes.
Solis enim radijs Amyci frons tota patebat,
Et scriebantur Phœbea lunina flamma,
Ergo furens, animo aduersum tendebat in hostem
Protensis longè manibus, plagarq; uirumq;
Acriter obseruans, cui summi robora menti
Ossea Tyndarides illato contudit ictu.
Quamq; prius tum collecta commotior ira
Aestuat, & cæstum quatiens uehementius urget
Aduersum, iam iamq; magis premit: ille trementi
Membra genu nixus, uasto stat pondere nutans.
Quo uisu horribili fremitu magnoq; tumultu
Bebryces inclamant, alia de parte fauentes

THEOCRITI

Magnanimi heroës uires clamoribus addunt
Forti Tyndaridæ, ne forsan in arcta coactum
Præualidis loca uiribus opprimat ille uir, ipsi
Terrigenæ similis Tityo : sed & ipse resistens
Fortius ambabius terrens cohíebat ab acri
Impetu, pennigero natus loue, fratre creatum
Ipſius aquoreo, quamuis immanior effet.
Qui quim iam grauibus plagiis uelut ebrius, atri
Sanguinis euomeret uenis manantibus undam,
Rursus ibi ut uidere oculos sub fronte tumentes,
Maxillaq; graui ſedata ulcere, & oris
Vulnera contuſi, magno clamore ſequuntur
Vincentem chorus heroum. tunc undiq; Pollux
Intentans, plagaſq; minans agitabat inaneſ,
Eliſiſq; uirum, donec iam corpore ſeffum
Sensit, & hic demum caſtu ferit inter utrung;
Lumen, ubi medie coeunt discrimina naris,
Et cute detracta nudauit ad intima frontem
Ossa uirii, iam ſtratus humi, terramq; ſupinus
Contigit, & uirides extenditur ille per herbas.
Nec mora conſurgens poſtq; ſe in crura leuauit,
Acrior incumbens pugna uis murua miſet
Vulnera, ſic duris feriebant corpora loris.
Ipſe ſed incuſo Bebrycum dux pectora caſtu
Neglecta ceruice ferit, ſed tempora plagiis
Utraq; bellipotens Pollux immittibus urget
Aduersi, & totos defecdat ſanguine uultus.

Iamq;

EIDYLLION XXVII:

Iamq; fluens toto calidus de corpore sudor
Manabat, iamq; ex magno & de corpore tanto
Exiguus fuit, & tantis uir inutilis armis.
Ipse animo prestans, & uiribus alta ferebat
Pectora Tyndarides, & membra ualentia Pollux,
Et color huic melior fulgebat corpore toto.

Qua ratione uirum deuicerit omniuoracem,
Nunc age Musa refer, nam tu dea singula nosci.
Ipse alijs ex te possum percepta referre,
Quæq; placet tibi, quæq; tibi memorâda uidentur
Eloquor: ipse igitur magnum & memorabile factum
Aedere percupiens Amycus, leuaq; prebensam
Leuam Pollucis tenuit, sed corporis artus
Ingentes latere à dextro ferus extulit, & se
Obliquum obijcens ualidos surgebat in ictus.
At Pollux caput elabens substraxit, & inter
Luctandum cæstus in leuum tempus adegit,
Affixiuj; graui percussum uulnere, donec
Contuso ruger efflueret de corpore sanguis.
Verbera dehinc repetita Amyci clamantis im ora
Ingescit, malis dentes sonuere reuulsi.
Nec modus oppresse faciei instigere plagas,
Donec luxata fracta compagine male
Concederant: iam quantus erat, quantusq; supino
Corpoie planxit humum penè exanimatus, uirasq;
Extendens cum uoce manus renuente labore
Amplius, & subito uictum certamine fassa.

THEOCRITI

Nam prope erat duræ confinia pallida mortis,
Nec tamen indignum quicquam, nec labo notandum
(Quāvis uictor) in hunc patrasti maxime Pollux.
Ipse sed equorei per ceterula regnū parentis
Iurauit, sacro Neptunia numina uoto
Testatus, se se hospitibus non amplius ullis
Iniuistum fore, non ullis in rebus iniquum.

Hactenus hæc igitur de te rex inclite Pollux,
Deq; tuis cecini laudes uirtutibus istas.

Nunc te magne canam simul & tua prælia Castor
Tyndarida, qui flectis equos, qui dirigis hastam
Quolibet, ærato pectus thorace coruscans.

Tyndarida gemini geminas rapuere puellas,
Leucippo genitas geniti loue, quos duo cursu
Pone sequebantur fratres Aphareia proles.
Leucippus quibus has despondesar antè pueras,
Acre tuens Lynceus, & bello fortior Idas,
Qui postquam ad tumulum uitali lumine cassi
Concurrere Apharei, rapidis de curribus ambo
Desiliunt, clypeisq; cauis, & grandibus hastis
Membra graues, acuunt in mutua prælia uires.

Hic nitida Castor galea caua tempore tectus
Alloquitur fratres magno clamore coeuos,

Quis furor ò uesani, animis & pectori ceci,
Impia crueles armare in prælia dextræ
Cur aliena nouo petitis connubia raptus?
Cur tam difficiles? cur tam sine moribus estis

Humanis?

EIDYLLION XXVII.

Humanis: cur infertis fera bella: quid' enes
In manibus nudis nobis Leucippus habendas
Tradidit ipse suas eterna in scèder a nata,
Quas nuptas nobis prius omnibus esse futurās,
Iure ratum fecit iurando turpiter ipsi
Et preter ius fasq; alieni sacerdalia lecti
Turbantes mulisq; uirum bubuq; paratis,
Atq; alijs rebus male corrupisti amicum,
Atq; hæc furati connubia friuola habetis
Muneribus: quoties uero hec presentibus ipsis
Ipse egomet dixi uobis, Non uana & inepita
Garrulitate loquax: non hoc heroës amici
Vos decet, ista uiris non sunt accommoda magnis
Munera, despondere sibi, & ui ducere nuptas,
Que sponsos habeant sibi iam cum dote paratos,
Et Sparte populo, & equis memorabilis Elis,
Et præstas ouibus regio plena Arcados ore
Messeneq; potens, & Acheia diues, & Argi
Et que Syphæ sunt littora iuncta Corinbo.
Innumerabilibus sunt hec loca plena puellis,
Nec naturæ opibus, nec nobilitatis egenis,
Nec uirtute animi, quarum sit copia uobis
Ducere quas libeat, uobis quo nomine plures
Esse uelint socii, uos & uestriq; parentes,
Et patrius longo proauorum ex ordine sanguis,
Aequatis meritis heroas laudibus omnes
Precipuo decore insigiles: nunc illud amici
Desirante, & nostris precibus permittite iustum

THEOCRITI

Coniugium, uobis aliud nos inueniemus:
Talia multa quidem uobis, & plura loquebar,
In mare sed celeres rapuerunt omnia uenti,
Nullaque mutilibus parta est mibi gratia uerbis.
Vobis namque ferum est & inexorabile peccatum.
Sed uel adhuc monitis parete salubribus ambo,
Principue nobis patruelues sanguine iuncti.
Quod si forte magis bellum lacrymabile cordi est,
Et discernentes oculum crudele necesse est
Tingere manantes defluxu sanguinis hastas,
Fraterno Pollux iunctus mihi sanguine, & Idas
Innocuas belli dextras à clade tenebunt.
Nos duo, tu Lynceus, ego Castor, nempe minores
Qui natu sumus, a jumentis pugnabimus armis,
Ne nimis doleant nostri incerore parentes:
Ex una satis esse domo si concidat unus
Quis dubitet? reliqui socijs iucunda parabunt
Gaudia, proq[ue] neci missis optata tenebunt
Connubia, & dulces celebrabunt inde Bymenaos.
Nos decet exiguo magnum discrimine bellum:
Effugere his dictis tacuit: que dixerat autem
Non passurus erat Deus irrita dicta futura.
Illi igitur natu maiores arma reponunt
Ex humeris in humum iacentes, inde minores
Prosiluunt: primum proles Aphareia Lynceus,
Oblongum quatiens clypei sub tegmine telum:
Nec minus ingentem generofis uiribus hastam
Impiger arripuit Castor: tum uertice summo

Ambos

E IDYLLION XX.VII.

Ambobus capitum criste micuere comantes.
Principio utentes hastis grauioribus omni
Arte laborabant, obseruabantq; notantes,
Si qua parte cutem possent contingere nudam.
Sed prius iuicto quam quisquam uulnere Iesus
Ingeremeret, summo extremi sub acumine ferri
Confracta cecidere hastae durisq; refixae
In clypeis hæsere: truces tum protinus enses
Vaginis rapuere, iterum per murua cædem
Vulnera tentantes: pugna mora nulla petita
Fiebat, sed adest seuia iam libera Martis
Copta, sepe siroq; Apharida afflixit equina
Tyndarides galeam crista à ceruice comantem.
Contudit q; multo spacio sum uerbere scutum.
Multa quoq; et Lynceus oculis insignis acutis
Cominus ense petens in Castora torquit, et illi
Perstrinxit rigido conum mucrone rubentem:
Illi afflixit summam tum deniq; palmarum
Castor, et è manibus gladium portantis acutum
Excusit, læuumq; pedem subduxit. at ille
Protinus elabiq; fuga atq; evadere tentat
Ad patris alta sui monumenta, ubi belliger Idas
Adjistens consanguineis spectabat in armis
Inter se certare viros, sed protinus illum
Adsequitur, ferroq; ruens transfigit acuto
Per medium latus, et medij per lubrica uentris
Viscera: at ille cadens nutanti poplite terrans
Contigit, atq; ipsi circum cana tempora sordens

THEOCRITI

Ferreus incubuit, leibæam lumina noctem
Clausæ trahunt, sed et haud alium fuit amplius illu-
Ad patrios uisura socos dulcesq; penates
Laoçoessa parens Hymenæia sacra parantem.
Nam patris è tumulo extantem Messenius idas
Corripiens statuam fuit emisurus in hostem
Autorem necis, atq; ulturus funera Lyncei.
Sed tulit auxilium correpto Iuppiter illi
Marmore decusso è manibus, tum fulminis ipsum
Ignibus excussum violentis perdidit Idam.

Pectora sic bello fortissima Tyndaridarum
Impetere haud facile est, fortes è fortibus ipsis
Victoresq; satos uos ô clarissima Leda
Progenies saluete, meisq; ante omnia laudem
Versibus aspirate bonam, quicunq; poëtae
Musica sacra colunt, isto sunt nomine chari
Tyndaridis Helenæq; alijsq; heroibus, altum
Quicunq; euertere potentibus ilion armis,
Auxiliumq; tibi iustum Menelaë tulerunt.
Aeternum decus ô reges & nomina uobis
Immortalia perfecit diuinus Homerus,
Dum canit atq; urbem Priami nauesq; Pelasgas,
Iliacas simul pugnas, dum laudat Achillem
Infractam belli turrim, sed & hæc ego uobis
Carmina, Musarum blandissima munera, canto.
Qualia & hæc prestant, et fert mea parua facultas,
Talia sponte sero pulcherrima munera magis
Carmi sunt, nec honor dijscarmina gravior ullus.

Theoc.